tium ex suis proprius loquitur : quia mendax est et pater eius.
Ego autem quia ueritatem dico non creditis mihi. [illegible] Qui est ex
deo : uerba dei audit. LECTIO IEZECHIEL PROPHETA.

Haec dicit dominus deus . Anima que peccauerit :
ipsa morietur : Filius non portabit iniquitatem patris.
et pater non portabit iniquitatem filii. Iusticia iusti
super eum erit . et impietas impii erit super eum. [illegible]
impius egerit poenitentiam ab omnibus peccatis suis
quae operatus est . et custodierit uniuersa praecepta mea .
et fecerit iudicium et iusticiam . uita uiuet et non mo
rietur : Omnium iniquitatum eius quas operatus est
non recordabor . in iusticia sua quam operatus est uiuet.
Numquid uoluntatis meae est mors impii dicit dominus.
et non ut conuertatur a uiis suis et uiuat. Si autem auer
terit se iustus a iusticia sua . et fecerit iniquitatem secundum
omnes abominationes quas operari solet impius . numquid
uiuet. Omnes iusticiae eius quas fecerat . non recor
dabuntur. In praeuaricatione qua praeuaricatus est .
et in peccato suo quod peccauit . in ipsis morietur . et dixisti.
Non est aequa uia domini . Audite domus israhel . Numquid
uia mea non est aequa . et non magis uiae uestrae prauae sunt.
Cum enim auerterit se iustus a iusticia sua et fecerit ini
quitatem : morietur in eis. In iusticia sua quam [illegible]

Benedic anima mea domino et noli obliuisci omnes retributiones
eius et renouabitur sicut aquile iuuentus tua .

Introitus
Os [illegible] necessitatibus [illegible]
Ad te domine leuaui [illegible]
coll.
Esto domine propitius plebi tuae : et quia [illegible] facis esse deuotam benigno refoue miseratus auxilio . Per
R. sal.

R. Saluum fac seruum tuum deus meus sperantem in te
Auribus percipe domine orationem meam .

BIBLIOTHÈQUE IMPÉRIALE MAN.